

Phic



59353

III Mag. St. Dr.

Buszynowski Ambrosius: Quaestio physicalis de materia
prima.



IN NOME DOMINI AMEN.

QUÆSTIO PHYSICA de Materia Prima.

Ex Lib. i. Phys: Aristotelis C. 8. tex: 82. & alii.

D E S U M P T A.

ac

59353

Sub Felicissimo Regimine

Magnifici Perillustris & Admodum Reverendi Domini,

**D.M. STANISLAI
MAMCZYNISKI,**

U. J. DOCTORIS, & PROFESSORIS, Ecclesiarum Collegia-
tarum S. MICHAELIS in Arce Cracov: DECANI, SS. Omnim
Crac: CANCELLARIJ, Parochialis in Luborzyca PRÆPOSITI,
Ordinarii Librorum per Diœcesim Crac: CENSORIS, Studii
Almæ Universitatis Cracoviensis Generalis & Vigilantissimi

RECTORIS.

M. AMBROSIO BUSZYDŁOWSKI,
*Philosophiae DOCTORE, ejusdemq; & Lingvæ Gallicæ Ordinario
PROFESSORE, Contubernii Hierosolymitani SENIORE.*

Pro loco in Collegio Minoru obtinendo

publicè ad disputandum

In Lectorio CC. DD. Theologorum.

PROPOSITA.

Anno Domini 1754. Die 23 Mensis Martii.

CRACOVIAE TYPIS UNIVERSITATIS.

*M. M. N.
M. M. N.*

QVÆSTIO PHYSICA

de

Materia Prima.

U. Materia Prima, quæ est in rerum Natura, illaq; pura potentia omnem omnino excludens actum, possit existere saltim Divinitùs sine omni forma substantiali? nec ne?

CONCLUSIO I.

Datur materia prima in rerum natura

COROLLARIA

- I. *Materia Prima fuit à solo DEO concreata rebus initio temporum.*
- II. *Licet Materia Prima definiatur nec esse quid, nec quale, nec quantum, tamen non sequitur illam esse nihil.*
- III. *Datur subjectum Generationis & corruptionis substantialis quod est Materia Prima.*
- IV. *Materia Prima est entitas positiva.*
- V. *Materia Prima est substantia incompleta.*

CON-

C O N C L U S I O II.

Materia Prima est pura potentia.

C O R O L L A R I A.

- I. *Materia Prima est pura potentia Physica subjectiva.*
- II. *Materia Prima antequam concreata fuit rebus erat in potentia objectiva tantum.*
- III. *Materia Prima nunc in statu rerum existentium spe-data non est in potentia objectiva.*
- IV. *Materia Prima non est potentia activa, quinimo nullatenus est in potentia ad agendum.*
- V. *Materia Prima non constituitur in ratione potentiae per aliquid sibi superadditum, sed talis est per suam propriam entitatem.*

C O N C L U S I O III.

Materia Prima omnem omnino excludit actum:

C O R O L L A R I A.

- I. *Materia Prima in se spe-data non habet actum physicum*
- II. *Eadem Materia Prima non habet quoq; actum entitativum.*
- III. *Materia Prima ex se actum differentialem non habet.*
- IV. *Materia Prima nec habet actum existentiae.*
- V. *Materia Prima desumit actum suum à forma.*

C O N C L U S I O IV.

Materia Prima etiam Divinitus non potest
existere sine omni forma substantiali.

C O R O L L A R I A.

- I. *Materia Prima neq; naturaliter à fortiori potest existere sine omni forma.*
- II. *Non solum Materia sublunar, sed etiam Cœlestis Di-
vinitus nequit existere sine omni forma substantiali.*
- III. *DEUS non potest supplere in genere Causæ formalis ra-
tionem formæ substantialis intrinsecæ.*
- IV. *Materia Prima Divinitus non potest existere cum sola
quantitate.*
- V. *Etiam de absoluta DEI potentia Materia Prima non
potest esse cum sola forma accidentalis sine forma substantiali.*

Hinc Illi

Qui

Mundum produxit ex nihilo eumq; conservatrice
regit Providentia
Laus, Honor, & Veneratio
in æternum.

Permissu Magnifici Domini
R E C T O R I S.



78m. 9r.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0026216

